Arrest
Du Parlement de Paris

Portant que le Procureur general n'est point tenu de se joindre à l'Evesque de Limoges dans un procès où le dit Evesque se plaignoit que les gens du Roy tachoient de nouveau d'y faire battre monnoye

Du 29 may 1342

Cum dilectus et fidelis noster Episcopus Lemovicensis nobis conquestus fuisset super eo quod dicebat quod gentes Nostræ indebitè et de novo nisi fuerant et nitebantur cudere monetam nostram in civitate Lemovicensi in ipsius et Ecclesiæ suæ præjudicium atque damnum ut dicebat, et ob hoc per litteras nostras dilectis et fidelibus nostris gentibus cameræ nostræ compotorum sub certa forma, et deindè gentibus Parlamenti nostri Mandaverimus et commiserimus ut vocato

Procuratore nostro dicti Parlamenti super præmissis summarie et de plano per peremptorium procedere et exhibere justitiæ complementum, quod eidem Episcopo concesseramus de gratia speciali et prætextu dictarum litterarum nostrarum dictus Episcopus adjornari fecisset in dicta curia nostra dictum procuratorem nostrum Parlamenti, ipsis que partibus in curia nostra constitutis, peteret procurator dicti Episcopi impedimentum per dictas Gentes nostras eidem Episcopo super præmissis appositum amoveri, procuratore nostro ex adverso dicente quod virtute dictarum litterarum eum dicto Episcopo procedere minime tenebantur, sed debebat sibi dari contra ipsum Episcopum licentia procedendi eum prædicta littera Romana in impetitionibus, in casibus novitatis, juxta stilum curiæ nostræ observari consuetum non continerent prout ex tenore earumdem poterat liquide apparere pluribus rationibus ad hoc proponendo procuratore dicti Episcopi ad finem contrarium proponente, auditis

igitur prædictis partibus, visis que dictis litteris nostris
Per arrestum curiæ nostræ dictum fuit quod dictus
procurator noster virtute dictarum litterarum, cum
dicto episcopo procedere non tenetur, dedit que dicta curia
nostra eidem procuratori nostro licentiam recedendi
contra Episcopum prædictum Die xxix Maij 1342.